

Septimi Ethicorū

Folio lxi

62

Quia autē sunt quedā quidem delectabilia natura. et horum hec quidē simpliciter. hec autem fm genera et animalium et hominum. hec autem non sunt. sed hec quidem propter orbitates. hec autē propter consuetudines sunt. hec autem propter perniciosas naturas. Est et circa horū singula siles videre habitus Dico autē bestiales puta eam homines quā dicunt pregnantēs rescindētē pueros deuorare. vel qualibet bestialitate gaudere aiunt quosdam siluestrium circa pontum. hos quide; crudis. hos autem hominū carnibus. hos autē pueros comodare ad inuicem in conuiuū. vel circa phalarim dictum hū quidem bestiales Hū autem propter egritudines sunt et maniam. quibusdam. quemadmodum matrem sacrificans et comedens et conserui par. Hū autem egritudinales vel ex consuetudine. puta pilorum euulsiones et ynguium corrosiones. Adhuc autē carborum et terre. cum his autē que venerorum masculis. his quidē em naturata. his autē ex consuetudine accidunt. puta affuacis ex pueris. Quantis quide; igitur natura causa hos utiq; nullus diceret incontinentes. quemadmodum neq; mulieres quoniam nō ducūt sed ducūtur. similiter autē et egrotatiue habētibus propter consuetudinē. Habere quide; igitur singula horū extra terminos est malicie. quemadmodum et bestialitas. habentē autē superare vel superari nō simpliciter incōtinētia. sed que fm similitudinem quemadmodū et circa iras habentē hūc modū passionis. incontinentē autē nō simplr dicendum. Omnis em superbiūdas malicia et insipientia et timiditas et intēperantia et crudelitas he qdem bestiales. he autē egritudinales sunt. Hic quidē em natura talis qualis timere omnia. et si sonū faciat mus fm bestiale timiditatem timidum. hic autē iniuste mustelam timuit

propter egritudinem. Et insipientium hū qui dem ex natura irrationales et solum sensu uiuentes bestiales. quemadmodū quedam genera longe barbarorum. hū autem propter egritudines puta epilepticas vel manias egritudinales. Horum autem est quidem habere quedam quandoq; non supari autem. dico autē puta si phalaris tenuit concupiscens puerum comedere. vel ad venerorum incontinentē delectationem. est autem supari non solum habere. Quemadmodum et malicia. que quidē fm hominem simpliciter dicitur malicia. que autem fm appositionem quoniam bestialis vel egritudinalis. Simpliciter autē non fm eundem modum videlicet et incontinentia est hec quidem bestialis. hec autē egritudinalis Simpliciter autē que fm humanā intēperantiam solū qm quidem incontinentia et continentia est solum circa que est intēperantia et tēperantia. et quoniam circa alia est alia spēs incontinentie dicta fm metaphorā et nō simplr manifestum.

Queritur septimo

Utrū cōtinētia et incōtinētia sint circa delectatōes humanas et bestiales Arguit q nō. Et pmo q non sint circa delectatōes humanas tanq; circa materiā ppriam. q; fm Ambrosiū pmo de officiis. cōtinētia est in omni actu hoīs. sed nō oīs actus humanus pnet ad delectationē. igitur. Secōdo arguit ad idem. q; fm Tullium secūdo rethorice. p̄tinētia est fm quā cupiditas gubernatiue regit. sed cupiditas est in diuitijs et nō in delectationibus humanis. q; p̄tinētia nō est circa cōcupiscētiās humanas Tercio arguit q; cōcupiscētia sit circa delectatōes bestiales. q; in talibus cōcupiscētijs est immanis rōnis et egressio a rōne. sed cōtinens est idem qd p̄manens rōnis. igitur. In oppositū est p̄hs in textu. Primo videbitur de questio. De secundo autē erunt dubia.

Quantū igitur ad primum.

Sciendum primo

q postq; p̄hs ostendit q; diuersimode est aliquis continens et incontinens dicitur fm diuersas consideratōes humanas. hic consequenter ostendit q; diuersimode dicitur aliquis cōtinens circa delectationes humanas et bestiales. Primo ostendens diuersitatem delectationū humanarū et bestialium. Et deū quo diuersimode circa eas dicatur cōtinētia et incontinentia Primo igitur dicit q; de